



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 4. Quę hæreses in controuersia de Eucharistia fuerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Pateus fractionem præceptam esse, non partem essentialiorem docuit, in Catechismo Heidelbergensi partem substantialem aiunt, ut sine ea cœna celebrari non queat iuxta Christi institutionem. Casparus Iselbergius docuit fractionem esse essentialiorem, sed Bremæ tamen usus est rotundis particulis, nec fractionem requisivit, de his plura in I. Cor. c. 11.

De carimonis negligentia rem ipsam negant.
§. 3. Ridicula porro eorum est hypocrisis, cum de carimonis digladiantur rem ipsam è medio tollant, & eo tamen usque protervia grassata est, ut in mutuos anathematismos exardescant. Verum superstitiones hærent in externis, cum plura tamen negligant, neque enim in cœna ista faciunt, neque pedes lavant. Nec hoc quidem considerant, ideo fregisse panem, quod parvuli panes ad manum non essent, ex vno enim pane omnibus dedit. Quod si illa carimonia ad Sacramenti essentiam pertinet, quia vno pane usus est Dominus, etiam in numerosis cœtis vno pane duntaxat utendum est. Verum hæc de Epist. 1. Corinth. 11. actum. Hoc tenendum est panem à Christo fractum initio, deinde consecratum, ac benedictum discipulis datum, hoc corpus Christi quod Apostolus dicit *ἐσθ' ὃν ἡρώμενον*, quod pro vobis frangitur, quod non nisi impie ad panem potest referri. Quod explicandum est eo modo, quo dictum est ante de *כרשׁ Schabaz*, fregit.

QUESTIO IV.

Quæ hæses in controversiâ de Eucharistia fuerunt?

§. 1. **P**recipue enumerandæ sunt, quæ & hæc & alia verba ad suam perditionem depravarunt. Sola autem recensione eorum satis, moueri quisque debet, ut in Ecclesia permaneat, & à qua Scripturam accipit, ab eadem etiam audiat interpretacionem.

Capernaita.

Iudas.

*Simoniani.
Menandriani.*

Gnostici.

Prima hæsis fuit Capernaitarum & Iudæ, cum enim Ioan. 6. 51. 52. 56. Audite autem carnem Christi comedendam, & cibum esse. Dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire, discesseruntque à Christo. Inter eos & Iudas fuit. Nonne ego duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus est? inquit Christus. Iudas non credidisse constat ex cap. 6. Ioan. 65. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & qui traditurus esset eum. Iudas igitur traditor erat ex non credentibus. Atque hæc est sententia Chrysostomi. homil. 46. in Ioan. Augustin. tract. 27. Theophylactus in 6. Ioan. noster Val. lib. 1. cap. 2. de reali præsentia corporis Christi. Quod ad Theophylactum attinet, veram putat quorundam suorum antecessorum sententiã, qui Iudam in cœna corpus Christi sumpsisse quidem, non edisse autem, sed Iudæis per contumeliam ostendisse, poculum bibisse autem, quod dissimulare nequiverit, docuerunt. Secuti sunt Iudas, Capernaitas Simoniani, Menandriani, & quicumque humanam Christum indidisse carnem inficiati sunt; illi enim cum corpus Christi aspectabile contenderent esse phantasticum, non ponerunt veritatem eius in Eucharistia agnoscere, quam in sua substantia negabant. Error ille etiam in quibusdam Corinthiis fuit, qui tamen veritatem carnis in Christo confiteantes, de Eucharistia nondum satis edocti erant, ita Cyrillus libro quarto Pentabibli, citatus à nostro Turriano in libro primo, canon. Apostol. capite 24. Sed hos errantes, non hæreticos appellat.

Secuti inde Gnostici quorum in profananda Eucharistia tanta erat turpido, quam Epiphanius hæres.

26. recenset, ut aures merito abhorreant, animulæque Epiphanius hæres 26. impunitatem eorum describit.

Montanistarum non omnino ablimilis improbitas, qui infantium compunctorum sanguine tantam miscebant, ex qua Eucharistiam conficiebant, ita Epiphanius hæres 48. Augustinus hæres 26. Artotyritæ qui & Priscilliani, & Quintiliani, & Pepæ Priscilliani, ex caseo & pane Eucharistiam suam compoluerunt. Epiphanius hæres 49. Augustinus 27. Tatianus & Encratitis materia Eucharistia aqua fuit, unde & Aquaticorum illis nomen est tributum. dicti sunt & Hydropicæ rastatæ, Augustinus etiam, hæres 64. Epiphanius 46. Crispianus. Epist. 67.

§. 2. Manichæi fieri corpus Christi ex pane negabant. Præter V. Manichæi. Gnosticorum fœderat in illa imitabantur. Cyrillus. Cateches. 6. Augustinus 46. de eisdem Augustinus lib. 20. contra Faustum capite decimo tertio, decimo quinto decimo sexto. Verba etiam Christi in eadem calumniabatur. 1. col. 6. de ieiunio mensis 7.

Origenistis, non Origeni Theophylus Alexandrinus, & Concil. Nicenum etiam contemptum Eucharistia adscribit. Quod indignum exiit mare, in rebus terrenis, ut pane & vino, res celestes quasi includi, & in illis percipi. Paulus Samosatensis de sancti corruptione corporis C. H. R. I. S. T. I. in Eucharistia periculose disputare cepit. Teste Dionysio Alexandrino.

Arianos etiam in Eucharistia errores defendente constat ex Epiphanius hæres 68. Ex eo principio quod filium assumpsisse quidam dicunt loian carnem abique anima. Quæ etiam ex Cyrillo libro decimo, in caput decimum tertium Ioan. colligimus, realem eos non negasse præsentiam. Anfortasse inquit, Arianus putat ignotam nobis mysticam benedictionem esse virtutem? Quæ cum in nobis fiat, nomen corporaliter quoque facit communicatione carnis Christi. Christum in nobis bibere. Eisdem sermone de paichate, etiam Nazianzenus huius erroris accusat. Certe mysteria Catholicorum pedibus conculcare, & modis iniquitatis solui sunt.

De Vrbico apud Augustinum Epistol. 86. quid senserit, dubito. Augustini verba sunt. Dicit esse poculum, tanquam nesciens, & tunc in mensa Domini panis propositionis poni solere, & nunc se de agni immaculati corpore partem sumere.

Possit forte excusari quasi sanguini pendum quæ spectabili cæde effundebatur, diceret poculum suscepisse, in quo quidem sanguis verus, sed non visibili modo continebatur. Verum Augustinus corrigendum vel errorem, vel loquendi modum putat.

Messaliani Eucharistiam ex *τὸν ἀλάττωτον* ex indifferentibus, esse docebant, eius perceptionem nec utilitatem, nec omissionem, habere culpam. Theodoret lib. 4. histor. c. 10.

§. 3. Iconoclastæ, ut est Act. 6. Nicenæ Synodice, in Eucharistia dicebant esse viuificæ carnis imaginem, non veritatem, id esse videtur ex Nestorianò dogmate, ut ex Cyrilli Anathem. 2. constat. Fuisse quosdam etiam Damasceni tempore constat, qui figuram corporis in Eucharistia esse dicebant.

Ridicula fuit Paulicianorum, seu Pauliloannitarum, seu Atinganorum hæresis tempore Constantini, qui Nepos Heraclii fuit. Christum cum diceret: *accipite, comedite*, verba, non panem, aut vinum, nec dum corpus suum dedisse, ita sola suis verba dabant. Euthymus auctor. Idem in Pagnopl. tit. vigesimo primo. Arme.

Armenios ait, in Sacramento negasse verum Christi corpus, sed esse in eo corpus diuinitatis; nam corpus in diuinitate mutatum esse imaginabantur. Vide Georg. Cedr. Anno 640. Sandi. hares. 132. Succes-
sant deinde alie pestes ex errorum barathro exhalatae, & mundum inficientes. Bogomil-
thero exhalatae, & mundum inficientes. Bogomil-
thero sub Alexio Commeno Eucharistiam in templis
demonum sacrificia esse blasphemabant. Euthy; Pa-
nopl. 13. Hoc illi de Missa proprie dicebant; alio-
qui Eucharistiam dicebant esse orationem domini-
cam. Auctor eorum Basilius medicus, Trinitatis ne-
gator; anthropomorphita, Iconoclasta. Mundum ab
angelis conditum; Michael em incarnatum dicebat;
resurrectionem negabat.

§. 4. Mahomedani, vt Atteroes testatur; Impios
Christianos dicebant, quod Deum suum comederent.
Saraceni, Iudæi; alii etiam rogare solebant, quantum
illud esset corpus, quod tor edentibus per tot secula
sufficeret?

§. 5. Ecclesiam Latinam turbauit primus Iohannes
Scorus, Anno circiter 886. damnatus est in Concilio
Vetlensi. ita Lanfrancus lib. de veritate corporis
& sanguinis in Eucharistia. Triteminus à Carolo Ma-
gno puerum ait, fuisse Monachum Benedictinum;
Petrus discipulum; Græce doctum. Gaguinus lib. 5.
genilibus ab auditis confusum refert. Oecolamp-
ad lib. 1; Epistol. Vadianus lib. 3. aphorismo. um Se-
dæ sue facit auctorem. Bellarm. lib. 1. cap. 1. de sa-
cram. Euchar. dub. e scripsisse affirmat. Eodem pen-
tempore Bertrami eandem Questionem mouit,
quem Paschasius Corbeensis Abbas confutauit. Scri-
psisse librum ad Carolum eo de argumento tradunt.
Verum Bertrami negant libri auctorem, nec desunt
rationes. Claudius de Sanctis existit, fraudem fa-
ctam; vt hæresis magni viri auctoritate redderetur
commendabilior. Iudicium eius ascribam. Eodem, in
quit resp. 2. de veritate Eucharistia. Tritemio auctore, illo
seculo floruit Bertramus, sacra in literis & profana com-
mentatus presbyter & monachus. Tum editus est liber de Eucha-
ristia, quem nostri Bertramo ascribunt. Sed quo minus ei tri-
butum ab hisce iudiciis. Imprimis verum illum Bertramus to-
los quosque spoliandos nemo hæreses reprehendit, quasi male
scripsit: sed refertur in Catalogum scriptorum Ecclesiastico-
rum, vt vir non minus vita, quam doctrina, ingenio, & eloquio
legitimus & Catholicus; nec memoratur de Eucharistia quicquid
scripsit. Deinde in controversia Berengariana Catholici Ber-
tramo proximi nihil tale quicquam ipsi imputant, vt faciunt
Scoti, quum Berengarius extolleret, & se imitari uellet, non
laudare de Bertramo; magis nomen viro, si quid illi de sua
hæresis potuisset acceptum ferre. Insuper tum Paschasius Cor-
beensis, qui etiam illo seculo vixit, suum scriptum opponat corru-
ptum libri, qui Bertrami dicebatur, vt ex collatione notum fiet;
preiudicio Bertrami nomen non peperisset, ne quis tanti viri
auctoritate falleretur. Postremo hæc liber Bertrami excellentiam
& probitatem præfert, aut sapientiam, sed artem callidi & impu-
lentis hæretici, simulantis, se à Catholica fide non recedere, cu-
ius locutionibus vititur, cum tamen desinat in hæresin Berenga-
rianam, cui uiam fecit, ac tandem agnoscat sententiam, quam
introducitur recepta doctrina de Eucharistia repugnare. Sic enim
videtur: Hæc si probauerit Catholice dicta, fidei vestra meritis
deputate. Sin minus placuerit, id nostri a deputetur insipientia,
quæ, quod optauit, minus efficaciter explicare potuit. Indicat
per quos fuit, suam doctrinam ab Ecclesia non approbati, & re-
fatur se auctus scripsisse quasi non potueris simpliciter & a-
priorum. Itaq. certum est, orationem de Trans-
substantiatione, ac Corporis Christi in Eucharistia veritate &
verba institutionis circa seculum Caroli Magni, & Caroli Cal-
ui, quem admodum cernitur ex Rabano Mauro, Paschasio Cor-
beensi; & tunc ex illo libro, quem nunc Bertramo apud hanc
etiam Paschasius responderit. Sed credibile est, tum produsse An-
onymum cui auctor non fuerit ausus nomen apponere; ne scilicet
Adami Concen in Euang. Tom. I.

ad Ecclesia iudicium traheretur; sicut Berengarius, cum primi
innocentius vocatus est. Tandem vel nostra solum aate per Oeco-
lampadium, qui prior emisit hunc libellum, vel post Berengaria
tempora, à quibusdam moleculis Bertrami nomen fuit imposi-
tum; vt adulterino serui & hæretico maior consiliaretur au-
toritas.

Ex his constat Bertrami non fuisse, sed per fraudem
Bertramo tributum.

§. 6. Circa annum 1020. Leuthericus Archiepis-
copus Senoniensis idem docere cepit; sed à Roberto
Gallie R. getepressus, cessauit. Verum primum clam,
deinde mortuo Roberto palam docere hæresin sacra-
mentariam incepit Berengarius. Monerat eum Ful-
bertus; Ad Imannus Episcopus Brixensis, sæpe da-
mnatus sæpe relapsus est, an. 1079. in concilio Rom.
verè conuersus hanc confessionem edidit:

Ego Berengarius corde credo & ore confiteor panem & vi-
num, quæ ponuntur in altari per mysterium Sacra orationis &
verba nostri Redemptoris substantialiter conuertere in veram &
propriam ac viuificam carnem & sanguinem Iesu Christi Do-
mini nostri; & post consecrationem esse verum Christi corpus;
quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum
in cruce pendit; & quod fidei ad dexteram Patris: & verum
sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est; non tantum
per signum & virtutem Sacramenti, sed in proprietate natu-
rae, & veritate substantia, sicut in hoc Breui continetur; & ego
legi, & vos intelligit. Sic credo, nec contra hanc fidem ulterius
doceo, sic me Deus adiuvet. & hæc sancta Dei Evangelia. An-
no 1088. morientis vox fuit: Hodie, in die apparitionis sue
apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus, propter peniten-
tiam, vt spero ad gloriam, vel propter alios, vt timeo ad penam.
Non tamen illo reuocante errores, & moriente etiam
hæresis existit & est, i. d. Validus in Arlatensi Pro-
uincia erupit, grassante Petro de Brui per annos 20. Petrus de
Brui. Multos ille errores habuit; paruulos baptismo saluari
posse negauit, Ecclesias destruendas esse docebat, cru-
ces frangendas, deidenda sacrificia; orationes, elee-
mosynas, pro defunctis. Tatidem cum crucem Domi-
ni subiectis flammis exulisset, ipse quoque in rogam
inictus penas dedit. Petrus Venerab. Epist. 1. li.

§. 7. Abelardus eiusd. m. hæresis specus fuit; vt
est apud Bernard. Epist. 187. nec imineito, cum enim
negaret humanam à Christo carnem assumptam;
non potuit eius in Eucharistia veritatem agnoscere. Il-
lum tamen penitentem, & Catholicam in fide Cluniaci
mortuum tradit Petrus Abbas Cluniac. lib. 5. Epistol.
3. & 20.

Albigenses seu Albianos pro sanctis agnoscunt
Caluiniani anno 1176. in Ptoincia Tolosana conui-
ti sunt, Manichæorum hæresin instaurarunt. Eadem
fere Beguardi, cum suis Beguinis sectati sunt. Impuri-
tatis esse dicebant; ita ab altitudine suæ contempla-
tionis descendere, vt de Christi humanitate, aut sacra-
mento Eucharistia cogitationes susciperent. Nec
Græcia immunis fuit, refert Nicæta Chomart. l. 3. annal.
disputatum, an corpus Christi in Eucharistia esset in-
corruptibile, nata disputatio ex Aphthardocitis. Tan-
dem Flagellantes, Waldenses, Wicleffus, Hussus
prodire; quorum adhuc reliquæ in minutis Sectas
sparte supersunt.

QUESTIO V.
Quæ hæreticorum nostri temporis explanationes?

§. 1. IN Tabella spectandas exhibuit eas nobis re-
petitione 1. c. 10. Claudius de Sanctis, Reue-
rendissimus Episcopus Eboricensis. Eam hic tibi Le-
ctor repræsentō. Sunt vero octoginta quatuor inter-
pretationes; quarum etiam aliquæ aliquando in eundem
sensum incidere videntur: differentiam tamen ha-
bent ex sententia preferentium, etiam eorundem au-
ctorum.